Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

prima procedatis ¶ Item

Plerumque contingit quod aliqui noſtris literis impetratis illis uti multo tempore poſtponentes tunc demum eas exhibent cum aliarum auctoritate ab eis contra quos primitus literas impetrauerunt ceperint conueniri dicentes poſteriores literas non valere utpote non facientes de prioribus mencionem ¶ Cum igitur non ſit maliciis hominum indulgendum ſtatuimus vt ſi quis noſtras literas impetrans infra annum poſtquam copiam iudicum habuerit ex malicia uel negligencia prepoſuerit vti eis auctoritate poſteriorum valeat conueniri licet in ipſis nulla de prioribus mencio habeatur.

¶ Item rothomagenſi archiepiſcopo

Cum contingat et infra ¶ Preterea cum quidam ſuper aliquo litigantes ad diuerſos iudices literas impetrant quorum quidam obtenta a parte altera tibi mandant vt partem aduerſam denuncies excomunicacionis ſentencie ſubiacere aliis iudicibus tibi poſtmodum iniungentibus ut eandem denuncies abſolutam Queris autem a nobis an vtriſque an neutris vel alterutris ſaltem obedire debeas in hac parte ¶ Super quo tue prudencie reſpondentes credimus diſtinguendum an cum primum mandatum recepiſſe dinoſceris tibi forſitan innotuerit inter illos et alios ſuper iuriſdictione diſcordiam ſuſcitatam aut ſuper hoc nichil omnino ſciuiſti ¶ Et quidam ſi ſuper contencione huiuſmodi nil tibi penitus innoteſcat cum primum mandatum recipere te contingit illud debes humiliter execucioni mandare ſed ſi poſtea tibi contrarium ab aliis demandatur tunc literarum ad vtroſque a ſe ap. obtentarum copia poſtulata quas tibi auctoritate preſencium diſcrete precipimus exhiberi ſi ex ipſarum tenore deprehenderis euidenter infra quod non ſit aliquatenus heſitandum quod litere que ad alios a quibus ſecundum mandatum receperis impetrate noſcuntur expreſſe reuocent literas aliorum tu illud intrepidus exequaris quod tibi

forte dimittendo lite contest. et ſic duobus modis poteſt intelligi quod dicat contra iuris ordinem ¶ Inanem et .ſ. dixit irritandum nam ibi ipſo iure non erat irritus proceſſus ſed tantum irritandus per literas ſubrepticias ut .ſ. e. ti. ſi autem hic ipſo iure proceſſus nullus et ideo dicit irritum duabus de cauſis tum quia contra formam et quod contra ordinem iuris ut ij. q. vi. in § diffinitiua in v. Item ſi ſentencia contra ſolitum ordinem et eſt ſimile .j. de confirma. vtili vel inutil. ex animata ¶ Reſtitutus ſed qualiter poteſt monacha petere reſtitucionem dico quod non habebant abbatiſſam et ille fuerant ſpoliate ut ar. ff. de iud. ſi longius in § ſi ſilius fam. vel eciam quia petit reſtitui non tanquam monacham ſed quaſi de corpore ſicut eciam ſi collegium non habeat unde ſoluat creditori tunc ſoluant ſinguli non tanquam ſinguli ſed quaſi de corpore et quandoque petit monachus partem cum res monaſterii diuiduntur ut xviij. q. ij. in nullo et eciam non recedit a collegio ut xvij. q. i. ſi quis rapuerit et ubi monachus percuttit ut .j. de ſen. ex. parrochianos Sed tamen ibidem non datur actio iniuriarum monacho ſed monaſterio et intemptabit eam ſindicus monaſterii ſicut dominus agit pro iniuria ſerui ut inſt. de iniur. in § ſeruus johannes.

Plerumque maliciis ut ſ. e. ti. ſedes et .j. qui matri. accuſ. poſ. in c. ſignificante et ff. de rei ven. in fundo Infra an. nota hic annale per .ſ. ut lite non conteſ. quoniam fre. .j. de offi. ordi. paſtoral. et .j. de offi. del. c. querenti et xi. q. iij. rurſus et c. quicumque et xx. q. i. in c. ſi puella Sed queritur quando incipiat currere iſte annus nam tunc incipit copiam iudicis habere cum primo copiam iudicis habet ut ff. de diu. et tempora. preſ. l. i. et ij. q. vi. in § biduum et ff. de ſeruitu. ruſti. predi. in l. attilicinus et ſi tunc negligens fuit implicatur eidem ex quo tempus ſuum ius proſequendi et talis negligencia conputatur culpe late ar. C. ſi tutor non geſ. l. i. et ij. et xxij. q. i. dominus noſter Quidam tamen dicunt quod incipit currere a tempore preſentacionis literarum facte iudici ut .j. de ap. in c. ſit pro eo ij. Alij dicunt quod a tempore quo depoſuit ſarcinulas ſuas et potuit querere aduocatum ut ff. ex quibus cau. ma. in l. ab hoſtibus in § ſed quod ſimpliciter Quarti dicunt et male quod tantum a tempore date literarum ut .ſ. e. ti. cum de et c. conſtitutus quod autem primo dicitur verum eſt ut dicit litera iſta tamen hodie iſta non habent locum ſed tamen potior eſt condicio occupantis licet ſecunde litere non faciant mencionem de primis ut .j. de ap. ut debitus et .j. c. ti. in c. ſancte crucis de hoc tamen ſatis dictum eſt .ſ. e. ti. i. qualiter iſtud c. et illud intelligatur .ſ. e. ti. in c. ſi autem et tamen papa concordat cum iſtis iuribus ¶ Negligencia ſed quis probabit iſtam negligenciam ſed tranſcurſus anni probabit eam nec eciam alia interpellacio eſt facienda ut .j. de loca. et conduc. potuit niſi ille vellet oſtendere contrarium ſicut dicitur de anno ap. ut .j. de ap. cum ſit romana tamen iſta non operantur aliquid hodie nam ille obtinet qui primo ſuas literas exhibet iudici ut dictum eſt niſi primus copiam iudicis non potuit habere antequam ſuas ſecundas literas preſentauiſſet nam et tunc ipſe excuſatur et iſtud eſt verum ſi iſtud publice fuerit proteſtatus quia iudicis copiam non potuit habere et ita premiſſa iſta proteſtacione ſecundus non poterit eum preuenire ut .j. de ap. ſi iuſtus metus johannes.

Cum contingat Conſciuiſti nec per famam vel eciam alio modo ut .j. de ſen. ex. cum conſideres in § ſecunde queſtioni Sed ei dicimus ſcire quod ab aliis audiuimus ut xxij. q. v. in c. hoc videtur Sed quid ſi audiuit ab aliquo qui eſt leuis opinionis numquid iſtud ſufficiat ut non debeat mandato iudicis parere et videtur quod non ut .j. de ſpon. cum in tua et xi. q. iij. cum in cunctis et .j. de teſti. licet ij. Sed videtur quod ſic quia in dubiis pocius eſt obediendum ut xxiij. q. i. c. quid culpatur in fine et .j. de maio. et obe. cum in eccleſiis et .j. de preſ. cum ex officii et illa eſt racio nam execucio ſentencie non debet differri non eciam incontinenti probetur excepcio ut .j. de teſti. veniens dico quod non ſufficit alias retardaretur execucionem ſentencie cuius qui diceret ſe habuiſſe priores literas que tamen reuocate non eſſent vel qui poſteriores literas diceret ſe habere que reuocarent primas et ſic ſequeretur quod nullus iudex poſſet excomunicare vel eciam abſoluere vel eciam ferre ſentenciam ut ſi diceret quis ante prolacionem ſentencie illam cauſam eſſe aliis commiſſam et ſic daretur occaſio figmentis quod tamen eſſe non debet nam talia figmenta non ſunt ſupponenda ut xxxij. q. i. dixit et iſti .i. bono rap. .i. § ſed nec dum talia et C. vnde vi. ſi quis in tantam et ff. de car. l. i. in § ſi quis vero et ff. de rel. l. i. primo probabilem cauſam debet habere ille qui recipit mandatum de diuerſitate literarum antequam credat ut xxiij. q. iiij. quod magnum et .j. de cler. ex. min. illud ff. quod cum fal. tu. l. ij. in fine vel eciam tu dic quod qualiſcumque notificacio ſufficit in iſto caſu ut iudex non debeat dici dubius ut .i. q. iij. in § ſi. in fine in v. ſi quis dixerit iſtud idol. immolandi ut .j. de ſpon. preterea et ff. de peti. hered. in l. item veniunt in § a quo autem et ff. de admi. tu. l. quidam decedens in § ex quo et iſtud videtur innuere litera iſta nichil omnino ſciuiſti ¶ Mandare quod et fecit videlicet quia denunciauit partem illam excomunicatam ¶ Literarum ſed qualiter enim poteſt illud deprehendi ex ſola inſpeccione literarum nam licet ſecunde expreſſam